

persiónem sanguinis Jesu Christi: Grátia vobis et pax multiplicetur. Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regerávit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mórtuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem conservatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tẽpore novissimo.

¶ Simon Petre, antequam de navi vocarem te, novi te: et super plebem meam principem te constituí, ¶ Et claves regni cœlorum tradidi tibi. ¶ Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligatum et in cœlis: et quodcúmque solveris super terram, erit solútum et in cœlis. Et claves.

## Lectio ij.

**I**n quo exultabitis, módicum nunc si ópórtet contristári in variis tentationibus, ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur), inveniatur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatione Jesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes créditis: credentes autem exultabitis læti-

tia inenarrabili, et glorificata: reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

¶ Si diligis me, Simon Petre, pascere oves meas. Dómine, tu nosti, quia amo te, ¶ Et animam meam pono pro te. ¶ Si ópórtet me mori tecum, non te negabo. Et.

## Lectio iij.

**D**e qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Propheta, qui de futura in vobis grátia prophetaverunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas, que in Christo sunt, passionés, et posteriores glórias: quibus revelatum est, quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea, que nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere.

¶ Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiám meam, et portæ inferi non prævalébunt adversus eam: ¶ Et tibi dabo claves regni cœlorum. ¶ Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligatum et in cœlis: et quodcúmque solveris super terram, erit solútum et in cœlis. Et tibi. Glória Patri. Et tibi.

In secundo Nocturno.  
Sermo S. Leonis Papæ.

## Lectio iv.

Serm. 1. de SS. Apost. ante medium.

**C**um duodecim Apóstoli, accepta per Spiritum sanctum ómnium locutione linguarum, imbuentibus Evangelio mundum, distribútis sibi terrarum partibus, suscepissent, beatissimus Petrus princeps apostólici órdis ad arcem Romani destinatur Imperii, ut lux veritatis, que in ómnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis hómines in hac tunc Urbe non essent? ad que usquam Gentes ignorerent, quod Roma didicisset?

¶ Tu es pastor óvium, princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi: ¶ Et ideo tibi tradite sunt claves regni cœlorum. ¶ Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligatum et in cœlis: et quodcúmque solveris super terram, erit solútum et in cœlis. Et.

## Lectio v.

**N**on conculeanda philosophiæ opiniones, hic dissolvenda erant terræ sapiéntiæ vanitates, hic confutandi demonum cultus, hic ómnium sacrilegiorum impietas de-

struenda, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo Urbem tu beatissime Petre Apóstole venire non metuis, et consorte glóriæ tuæ Paulo Apóstolo, aliarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato, silvam istam fremulium bestiarum, et turbulentissimam profunditatis Oceani, constantior, quam cum supra mare gradereris, ingrederis.

¶ Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua: ¶ Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. ¶ Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. Et.

## Lectio vj.

**J**am pópulos, qui ex circumcisióne crediderant, erudieras; jam Antiochéan regna Ecclesiám, ubi primum christiani nóminis dignitas est orta, fundaveras: jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam legibus evangélicæ prædicationis impléveras: nec aut dubius de proventus óperis, aut de spatio tuæ ignaræ ætatis, trophæum crucis Christi Romanis arcibus inferébas; quo te divinis præordinationibus antebant et honor potestatis, et glória passionis.

¶ Petre, amas me? tu scis Dómine, quia amo te. \* Pasce oves meas. ¶ Simon Joannis diligis me plus his? tu scis Dómine, quia amo te. Pasce. Glória Patri. Pasce.

In tertio Nocturno. Lictio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. c. 16.

In illo tempore: Venit Jesus in partes Casarææ Philippi: et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

Com. in Math. c. 16.

Dominus a discipulis requirit, quem se homines esse dicerent: et adjecit, hominis Filium. Hæc enim confessionis tenenda ratio est, ut sicut Dei Filium, ita et Filium hominis meminérimus: quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Editis itaque, quæ diversæ de eo erant, hominum opinionibus, quid de se ipsi sentiant, querit. Petrus respondit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Sed Petrus conditiones propositionis expenderit. Dominus enim dixerat: Quem me homines esse dicunt, Filium hominis? Et certe filium hominis, contemplatio corporis præferbat. Sed addendo:

quem me esse dicunt: significavit, præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum: erat enim hominis filius. Quod igitur de se opinandi judicium desiderabat. Non illud arbitramur, quod de se ipse confessus est: sed occultum erat, de quo quærebatur, in quod se credentium fides debebat extendere.

¶ Quem dicunt homines esse Filium hominis? dixit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. \* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiám meam. ¶ Beatus es Simon Barjóna, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Et.

¶ Si hoc festum transierat, ante Quadragesimam, in aliam diem non habentem Lectionem propriam alicujus Sancti simplicis, tunc ex octava Lect. fiat octava et nona: Octava debet terminari tibi: Primus agnosceret. Nona vero debet incipi: O in nuncupatione, ut infra.

Lectio vij. ¶ Et dignum plane concessit: quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanum oculos intendisse et vidisse laudá-

tus est: non id quod ex carne et sanguine erat, cõtuens, sed Dei Filium cœlestis Patris revelatione conspiciens, dignisque judicatus, qui quod in Christo Dei esset, primus agnosceret. ¶ O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiæ fundamentum: dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus cœli janitor, cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terreste judicium præjudicata auctoritas sit in celo! ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statim ejusdem conditionem obtineant et in celo.

¶ Elégit te Dóminus sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei, \* Hóstiám laudis. ¶ Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Hóstiám. Glória Patri. Hóstiám.

Pro S. Prisca virg. mart. Lectio ix.

Prisca nobilis virgo Romana, trédécim annos nata, Claudio Imperatore, christiánæ fidei accusata, ejusdem jussu ducta ad Apóllinis templum, ut idólis immolaret, cum rem detestaretur, colaphis cæsa, in cárcerem traditur: atque inde emissa, cum in fidei constantia

perseveraret, affecta verberibus, ferventibus adipe delibuta, rursus in cárcerem includitur. Post triduum in amphitheatrum producta, leóni objicitur: qui sua feritatis oblitus, humiliter se ad ejus percussione novæ occupatione novæ in ergástulo triduum inedia afflicta, in equuleo suspenditur, et ungulis ferreis excarnificata, in rógum injicitur, unde etiam mirabiliter evasit incolumis. Denique extra Urbem capite abscisso, virginitatis palmam martyrii corona cumulavit. Cujus corpus via Ostiensi, decimo ab Urbe milliario, a Christiánis decimo quinto Kalendas Februarii sepelitur. Te Deum. 17.

Ad Laudes Hyrnus. Beate Pastor Petre, clemens accipe Voces precantum, criminumque vincula Verbo resolvè, cui potestas tradita

Aperite terris ocelum, apertum claudere.

Sit Trinitati sempiterna gloria, Honor, potestas, atque jubilatio, In unitate, quæ gubernat omnia, Per universa æternitatis sæcula, Amen.

¶ Exaltent eum in ecclesiis plebis. ¶ Et in cathedra seniorum laudent eum.

Ad Benedictus. Añā. Quodcūque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis: et quodcūque solveris super terram, erit solutum et in cœlis: dicit Dñus Simóni Petro.

Oratio. Deus, qui. 469. Com. S. Pauli, ut 469. Postea S. Priscæ, Añā. Simile. y. Diffusa. Oratio. Da, quosumus. 469.

In ij. Vesp. Hymnus ut in primis.

Elegit te Dñus sacerdotem sibi. Ad sacrificandū ei hōstiam laudis.

Ad Magnificat. Añā. Dum esset summus Pontifex, terrēna non metuit, sed ad cœlestia regna gloriōsus migravit.

Com. S. Pauli, ut 469. Deinde Festi sequentis, etc. ut infra.

DIE XIX. JANUARIJ. In Festo S. Canuti Quarti Regis et martyris. Semiduplex ad libitum. Si venerit in Dominica, aut infra aliquam Octavam, omittitur, cum non sit transferendum.

Añā. Iste. y. Gloria. Oratio.

Deus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, beatum Canutum regem, martyrii palma et gloriōsis miraculis decorare dignatus es: concede propitius ut, sicut ipse Dominice passionis imitator

fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dñum.

Postea fit com. SS. Marii et Sociorum marti, Añā. Istōrii. y. Latāmini. xxxvij.

Oratio. Exaudi, Dñine, pōpulum tuum cum Sanctōrum tuōrum patrocinio supplicātem: ut et temporalis vite nos tribus pace gaudere, et aeterna reperire subsidium. Per Dñum.

In j. Nocturno Lectio- nes de Script. occurr.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Canutus Quartus, Sue- onis Esthritii Danōrum regis filius, fide, pietate et morum honestate conspicuus, eximia sanctitatis a teneris annis spēcimen dedit. Paternum sceptrum summā omnium acclamatione adeptus, religioni promovēda sēdulo incumbere, Ecclesias redditis augere, et pretiosas suppellectili ornare cōpit. Tum zelo propagandæ fidei succēsus, hābara regna justo certamine aggressus, devictas subditasque nationes christiāna legi subjugavit. Victōris autem plurimis gloriōsus, et divitis auctus, regale diadēma ad Christi crucifixi pedes abjecit, se et

regnum illi subjiciens, qui Rex regum est, et Dñus dominantium. Corpus suum jejūniis, cilicis et flagellis castigavit. In oratione et contemplatione assiduus, erga pauperes profusus, erga omnes beneficus semper fuit: nec unquam a justitia divinaeque legis semita desēxit.

Honestum.

Lectio v.

His alisque virtutibus imbatus, ad supremum perfectionis apicem sanctus Rex properabat. Accidit autem, ut Anglia regnum a Wilhelmo Nordmannorum duce, formidabili exercitu invaderetur. Anglis vero Danorum impem implorantibus, cum succurrere Rex decrevisset, belli expeditionem Olao fratri commisit. Qui regnandi cupiditate illectus, arma vertit in Regis perniciem, militibus et pōpulo contra illum concitatis. Nec desuerunt cum bellis fomēta: cum enim Rex, editis legibus decimas Ecclesias solvi, et diversis calamitatibus oppressa Dania, patrati sacrilegi pœnas luit. Plures etiam variis languoribus afflicti, ad ejus tūmulum remedium et incolumitatem consecuti sunt. Cumque Regina sacrum ejus corpus noctu clam necem moliri cōperunt, Desiderium animæ.

Lectio vi.

Sciens igitur Rex, futurorum præcius, mortem sibi propter justitiam imminere, ea prænuntiata, ad Ecclesiam sancti Albani martyris Othōniæ, tamquam ad locum certaminis, profectus est: et Sacramentis munitus, aggenem suum Dñino commendabat. Mox ibi advēniens conjuralōrum multitudine, Ecclesiam ignem admovere, fores confringere, et in eam irrumpere tentarunt. Quod cum perficere non possent, ad fenestras accedentes, saxa et sagittas in sanctum Regem, flexis genibus pro inimicis orantem, magno impetu jaculari non cessarunt: donec lapidum et telōrum ictibus, ac tandem lancea confossus, gloriōso martyrio, ante altare extēsis brachiis procumbens, coronatus est, sedēnte in Apostōlico throno Gregōrio septimo. Multis postea miraculis Martyrem suum illustravit Deus: nam gravi penuria et diversis calamitatibus oppressa Dania, patrati sacrilegi pœnas luit. Plures etiam variis languoribus afflicti, ad ejus tūmulum remedium et incolumitatem consecuti sunt. Cumque Regina sacrum ejus corpus noctu clam necem moliri cōperunt, et alio transferre, conaretur, emissio

caelitus ingenti splendore  
perterrita, a proposito  
cessavit. *¶* Stola.

*In ij. Noct. Homilia in  
Evang. Si quis vult post  
se de Com. unius Mart.  
ij. loco. xxxiv.*

*Pro SS. Mario et Soc.  
Lectio ix.*

**M**ARIUS Persa, nobili  
loco natus, cum  
Martha conjugē pari no-  
bilitate, et duobus filiis  
Audiface, et Abachum,  
Romam, venit Claudio  
Imperatore, ut Martyrum  
sepulchra veneretur. Ibi  
Christianos in vincula  
conjectos forebant, et ope-  
ra ac facultatibus suis  
sustentabant, et Sancto-  
rum corpora sepeliēbant.  
Quamobrem comprehēsi  
omnes, cum nec impio-  
rum minis, nec terrore  
commoverentur ut diis  
sacrificarent, primum fi-  
stibus debilitati, deinde  
finitibus attracti, tum ad-  
motis cadentibus laminis  
combusti, et unguis fē-  
reis excarnificati sunt.  
Postremo praecis mani-  
bus, et ad collum alli-  
gatis, ducti per mediam  
Urbem, via Cornelia ad  
tertiumdecimum ab Urbe  
milliarium, in eum locum,  
qui Nympha dicebatur,  
necantur: ac primum  
Martha, quae virum ac  
filios ad supplicia profesu  
Christi fide constanter  
perferenda, vehementer  
fuerat cohortata: mox cé-

teris in eadem arenaria  
cervicibus absconduntur,  
eorumque corpora conji-  
ciuntur in ignem. Quae  
semitista, Felicitas ma-  
trona Romana nobilis,  
colligenda, et in suo praed-  
io sepelienda curavit.

*Te Deum laudamus. 17.*

*In Laud. fit comm. SS.*

*Marii et Soc. mart. Aña.*

*Vestri capilli. ¶ Exultá-*

*bunt. Orat. Exaudi, ut 474.*

*¶ Vesp. de sequenti, cum*

*comm. S. Caruli.*

*DIE XX. JANUARIJ.*

*In Festo SS. Fabiani et*

*Sebastiani mart.*

*Duplex.*

*Omnia de Comuni*

*plurimorum Mart. lxxxvj.*

*præter sequentia.*

*Oratio.*

**I**NFIRMITATEM dostram ré-  
spice, omnipotens Deus:  
et, quia pondus propriæ  
actionis gravat, beatorum  
martyrum tuorum Fabiani  
et Sebastiani intercessio  
gloriosa nos protegat. Per  
Dóminum.

*Pro comm. S. Caruli*

*martyris. Aña. Qui vult.*

*¶ Justus. Oratio. Deus,*

*qui ad. 474.*

*In j. Nocturno Lectio-*

*nes de Scriptura occurr.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**F**ABIANUS Románus a  
Maximino usque ad Dé-  
cium regens Ecclesiam,  
septem Diaconis regiones  
divisit, qui pauperum cu-  
ram habèrent. Tóidem

Subdiaconos creavit, qui  
res gestas Martyrum a  
septem Notariis scriptas  
colligerent. Idem statuit,  
ut quottánnis Féria quinta  
in Corn. Dómini, veterē  
combusto, Chrisma reno-  
varétur. Dénique décimo  
tértio Kalendas Februárii  
in persecutióne Décii mar-  
tyrio coronatus, in come-  
tério Callisti via Appia  
sepelitur, cum sedisset  
annos quíndecim, dies  
quátuor. Hic fecit Ordi-  
natiónes quinque mense  
Decémbrī, quibus creavit  
Presbyteros viginti duos,  
Diaconos septem, Episco-  
pos per diversa loca und-  
decim.

*¶ Sancti tui.*

*Lectio v.*

**S**EBASTIANUS ex patre  
Narbonénsi, matre Me-  
diolanénsi natus, ob gé-  
neris nobilitatem et vir-  
tutem Diocletiano charus  
fuit. Dux primæ cohortis  
Christianos, quorum fi-  
dem clam colēbat, ópera  
et facultatibus adjuvabat;  
et qui ex eis tormentórum  
vim reformidare videban-  
tur, cohortatióne sie con-  
firmábat, ut pro Jesu  
Christo multi se ultro tor-  
toribus offerrent. In illis  
fuere Marcus et Marcellia-  
nus fratres, qui Romæ in  
custodia erant apud Nicé-  
stratum: cujus uxor Zoe  
vocem, quam amiserat,  
Sebastiani oratione recu-  
peravit. Quibus Diocletia-

no delatis, Sebastianum  
accersit, et vehementius  
oburgatum, omnibus arti-  
ficiis a Christi fide co-  
natur avertere. Sed cum  
nihil nec pollicendo, nec  
terrendo proficeret, ad  
palmam alligatum sagittis  
confligi jubet.

*¶ Verbera carnificum.*

*Lectio vj.*

**Q**UEM omnium opinione  
mórtuum, noctu san-  
cta mulier Irène sepe-  
liendi grátia jussit auferri:  
sed vivum repertum, domi  
suae curavit. Itaque paulo  
post, confirmata valetu-  
dine, Diocletiano obviam  
factus, ejus impietatem  
liberius accusavit. Cujus  
aspectu cum ille primum  
obstupuisse, quod mórtu-  
um crederet, rei novi-  
tate, et acri Sebastiani  
reprehensione exandés-  
cens, eum tandiu virgis  
caedi imperavit, donec  
animam Deo redderet. Ejus  
corpus in cloacam dejé-  
ctum, Lucina a Sebastiano  
in somnis admonita, ubi  
esset, et quo loco humari  
vellet, ad Catacumbas se-  
peli, cohortatióne sie con-  
firmábat, ubi sancti Seba-  
stiani nomine célebris  
Ecclesia est edificata.

*¶ Tamquam aurum.*

*In ij. Nocturno Hom.*

*in Evang. Descendens Je-  
sus de monte, de Com.*

*plur. Mart. ij. loco. l.*

*¶ Vespera a Capitulo de  
S. Agnete cum comm.  
præc.*

**DIE XXI. JANUARI.**  
In Festo sanctæ Agnetis  
Virg. et Mart.

Duplex.

Si hoc Festum transfere-  
ratur in aliam diem, vel  
ob aliquam causam dicti  
contigerit j. Vesp. inte-  
gras, tunc dicuntur *Añæ* de  
Laud. 481. Psalm. Dixit  
Dóminus, cum reliq. de  
Dñica. 132. et loco ultimi  
Psalmus. Laudate Dómi-  
num omnes gentes. 136.

Capitulum. *Eccli.* 31.

**C**ONFITEBOR tibi Dómine  
Rex, et collaudábo te  
Deum salvátorem meum.  
Confitebor nómini tuo:  
quóniam adjutor et pro-  
tector factus es mihi, et  
liberásti corpus meum a  
perditione.

Hymnus et y. de *Com-  
muni* Virginitatis. lxxviii.

Ad Magnificat. *Añæ.*

Beata Agnes in medio  
flammárum expansis má-  
nibus orabat: Te depre-  
cor omnipotens, adoránde  
colénde, Pater metuénde,  
quia per sanctum Filium  
tuum evási minas sacri-  
legi tyránni, et carnis  
spurelitas immaculáto cal-  
le transivi: et ecce venio  
ad te, quem amávi, quem  
quæsvi, quem semper  
optávi.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne  
Deus, qui infirma  
mundi eligis, ut fórtia  
quæque confúndas: con-  
cede propítius; ut, qui

beata Agnetis virginis et  
martyris tuæ solémnia  
colimus, ejus apud te pa-  
trocinia sentiamus. Per  
Dóminum.

Pro com. *SS. Fabiani  
et Sebastiani.* *Añæ.* Gau-  
dent. y. Exultábunt. *Ora-  
tio.* Infirmitátem, ut 476.

Ad Matutinum, Invitat.  
Regem Virginitatis Dómi-  
num, \* Venite adoremus.  
Ps. Venite. 2.

Hymn. Virginis Proles.  
de *Com. Virg. Mart.* lxxxix.  
In primo Nocturno.

*Añæ.* Discéde a me pábu-  
lum mortis, quia jam ab  
alio amatóre præventa  
sum.

Psalmi in j. et ij. *Noct.  
de Com. unius Mart.* xxij.  
*Añæ.* Dextera meam et  
collum meum cinxit lapí-  
dibus pretiósiss, trádidit  
aúribus meis inastimábi-  
les margaritas.

*Añæ.* Pósuit signum in  
faciem meam, ut nullum  
præter eum amatórem  
admittam.

y. Spécie tua, et pul-  
chritudine tua. *Inténde.*  
prosperere procéde, et re-  
gna.

Lectiones j. Nocturnis,  
Confitebor, de *Communi  
Virginitatis.* ij. loco. cj.

*ñ. j.* Diem festum sacra-  
tissimæ virginis celebré-  
mus, qualiter passa sit  
beata Agnes ad memóriam  
revocémus: tertiodécimo  
ætatis suæ anno mortem  
pérdidit, et vitam invénit:

\* Quia solum vitæ diléxit  
auctórem. y. Infántia quí-  
dem computabátur in an-  
nis, sed erat senéctus virgi-  
mentis imménsa. Quia.  
*ñ. ij.* Dextera meam et  
collum meum cinxit lapí-  
dibus pretiósiss, trádidit  
aúribus meis inasti-  
mábiles margaritas: \* Et  
circumdedit me vernánti-  
bus atque coruscántibus  
gemmais. y. Pósuit signum  
in faciem meam, ut nul-  
lum præter eum amató-  
rem admittam. Et.

*ñ. iij.* Amo Christum  
in cujus thálamum introi-  
bo, cujus mater virgo  
est, cujus pater féminam  
nescit, cujus mihi órgana  
moduláti vóciibus can-  
tant: \* Quem cum ama-  
vero, casta sum; cum te-  
tígero, munda sum: cum  
accépero, virgo sum. y.  
Annulo fidei suæ sub-  
arrhávit me, et imménsis  
montibus ornávit me.  
Quem. Glória Patri. Quem.

In secundo Nocturno.  
*Añæ.* Induit me Dóminus  
cyclade auro texta, et  
imménsis montibus or-  
návit me.

*Añæ.* Mel et lac ex ejus  
ore suscepí, et sanguis  
ejus ornávit genas meas.

*Añæ.* Ipsi soli servo fi-  
dem, ipsi me tota devo-  
tione committo.

y. Adjuvábít eam Deus  
vultu suo. *ñ.* Deus in mé-  
dio ejus, non commove-  
bitur.

Ex libro sancti Ambrósii  
Episcopi de Virginitate.

Lectio iv. L. 1.

**H**ONOR NATALIS est virgi-  
nentis integritatem se-  
quámur. Natalis est má-  
tyris, hóstias immolémus.  
Natalis est sanctæ Agné-  
tis, mirentur viri, non de-  
spérent párvuli, stúpeant  
nuptæ, imitentur inmu-  
ptæ. Sed quid dignum ea  
loqui póssumus, cujus ne  
nomen quidem vácuum  
laudis est? Devótio supra  
atátem, virtus supra na-  
túram: ut mihi videátur  
non hóminis habuisse no-  
men, sed oráculum má-  
tyris, quod indicávit quid  
esset futúra. Nomen virgi-  
nis, titulus est pudóris.  
Appellábo mártirem, præ-  
dicávi satis. Prolíxa laudá-  
tio est, quæ non queritur,  
sed tenetur. Nemo est lau-  
dabilior, quam qui ab  
ómnibus laudári potest.  
Quot hómines, tot præcè-  
nes, qui mártirem præ-  
dicant, dum loquuntur.

*ñ.* Induit me Dóminus  
vestiméto salutis, et in-  
duménto lætitiæ circum-  
dedit me: \* Et tamquam  
sponsam decorávit me co-  
róna. y. Trádidit aúribus  
meis inastimábiles mar-  
garitas, circumdedit me  
vernántibus atque coru-  
scántibus gemmis. Et.

Lectio v.

**H**ÆC trédecim annórum  
martyrium fecisse trá-  
ditur. Quo detestabilior

crudelitas, quæ nec minuscule pepercit ætati: immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate. Fuitne in illo corpúculo vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceat. Hæc inter cruentas carnisicium impavida manus, hæc stridentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc ferentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focus trophæum Dómini signare victoris: nunc ferratis colla manúsque ambas insérere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere. Novum martyrii genus. Nondum idónea pœnæ, et jam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehébat ætatis.

**M.** Mel et lac ex ejus ore suscepí, \* Et sanguis ejus ornávit genas meas.

**¶** Ostendit mihi thesauros incompárabiles, quos mihi se datúrum repromisit. Et sanguis.

**Lectio vi.**

**N**ox sic ad thálamum nupta properaret, ut ad supplicii locum, læta

succéssu, gradu festina virgo processit. Plere omnes, ipsa sine fletu. Mirari perique, quod tam facile vitæ suæ pródiga, quam nondum habuserat, jam quasi perfúcta donaret. Stupéret universi, quod jam divinitatis testis existeret, quæ adhuc árbitra sui per ætatem esse non posset. Quanto terróre egit carnífex ut timeretur, quantis blanditiis ut suaderet, quantorum vota, ut sibi ad nuptias proveniret? At illa: Et hæc sponsi injúria est, inquit, expectare placiditiam. Qui me sibi prior elégit, accipiet: quid percussor moráris? Péreat corpus, quod amári potest oculis, quibus nolo. Stetit, orávit, cervicem inflexit. Cæneres trepidare carníficem, quasi ipse percussorís dexteram, pallere ora aliéno tímendis periculo, cum puella non tímeret suo. Habétis igitur in una hóstia duplex martyrium, pudóris et religiósionis. Et virgo permansit, et martyrium obtinuit.

**¶** Jam corpus ejus corporei meo sociátum est, et sanguis ejus ornávit genas meas: \* Cujus mater virgo est, cujus pater femínam nescit. \* Ipsi sum desponsata, cui Angeli sérviant, cujus pulchritudinem sol et luna mirántur.

dinem sol et luna mirántur. Cujus. **G**loria Patri. Cujus.

**In tertio Nocturno.**  
**Añ.** Cujus pulchritudinem sol et luna mirántur, ipsi soli servo fidem.

**Psalmus.** Dómine, quis habitábit. xxvii.

**Añ.** Christus circumdedit me vernántibus atque coruscántibus gemmis pretiósis.

**Psalmus.** Eructávit cor meum. xcii.

**Añ.** Ipsi sum desponsata, cui Angeli sérviant, cujus pulchritudinem sol et luna mirántur.

**Psalm.** Deus noster refúgium. xciv.

**¶** Elégit eam Deus, et præelégit eam. **¶** In tabernáculo suo habitare facit eam.

**Lectiones de Homilia sancti Gregorii Papæ in Evangelium.** Simile erit regnum cælorum decem virginibus, **ut in Comm. Virginum. xcviij.**

**¶** Ipsi sum desponsata, cui Angeli sérviant, cujus pulchritudinem sol et luna mirántur: \* Ipsi soli servo fidem; ipsi me tota devotiône committó. \* Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus pretiósis: tradidit aúribus meis inestimábiles margaritas. Ipsi.

**viiij.** Omnipotens, adoránde, colénde, et terrensium.

**PARS HIERMALIS.**

ménde, benedico te: \* Quia per Filium tuum unigénitum evási minas hóminum impiórum, et spuróitis diaboli impolúto calle transívi. \* Te confiteor líbbis, te corde, te totis viscéribus concupisco. Quia. **G**loria Patri. Quia.

**AD LAUDES.**

**et per Horas. Añ.**

**1.** Ingressa Agnes turpitudinis locum, Angelum Dómini præparátum invenit. **Psalm.** Dóminus regnávít, cum reliquis. 48.

**2.** Mecum enim hábeo \* custódem corpóris mei, Angelum Dómini.

**3.** Annulo suo \* subarrhávít me Dóminus meus Jesus Christus, et tamquam sponsam decorávit me coróna.

**4.** Benedico te Pater Dómini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est a latere meo.

**5.** Congaudete mecum \* et congratulamini, quia cum his ómnibus lúcidas sedes accepi.

**Capítulum. Eccli. 31.**

**C**onfitebor tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitebor nómini tuo: quóniam adjutor et protector factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditione.

**Hymnus et f. de Comuni. Virginum. C.**

**Ad Benedictus, Añā.** ¶ Elegit eam Deus, et praelégit eam. ¶ In tabernáculo suo habitare facit eam. **Ad Nonam, Añā.** Congaudete mecum. **Capitulum. Eccli. 31.**

**Oratio.** **O**MNIPOTENS sempiterna Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius; ut, qui beatæ Agnæ virginis et martyris tuæ sollemnia cõlinis, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per. **Ad Tertiam, Añā.** Mecum enim habeo.

**Capit. Constitõr, sup.** **¶. br.** Spécie tua. **¶. \*** Et pulchritudine tua. Spécie. **¶. Intende,** prospere procede, et regna. Et. Glória Patri. Spécie. **¶. Adjuvabit eam Deus vultu suo. ¶. Deus in médio ejus, non commovëbitur.**

**Ad Sextam, Añā.** Annulo suo. **Capitulum. Eccli. 31.**

**L**IBERASTI ME secundum multitudinem misericordiæ nómnis tui a rugiëntibus, præparatis ad escam, de manibus querentium animam meam, et de multis tribulatiõnis quæ circumdederunt me.

**¶. br.** Adjuvabit eam. **¶. \*** Deus vultu suo. Adjuvabit. **¶. Deus in médio ejus, non commovëbitur. Deus. Glória Patri. Adjuvabit.**

**Oratio.** **A**DRO, Dómine, supplicatiõibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatõrum martyrum tuõrum Vincentii et Anastasii intercessiõne liberemur. Per Dóminum. **In .j. Nocturno. Lectiõnes de Scriptura occurrunt. In secundo Nocturno.**

**Lectio iv.** **V**INCENTIUS, Oscæ in Hispania citeriõre natus, a prima etate stúdiis deditus, sacras litteras a Valerio Casaragustano Episcopo didicit: cujus etiam partes suscepit predicandi Evangelium, quod Episcopus, propter linguæ impedimentum, predicatiõnis officio fungi non poterat. Ea re ad Daciãnam provinciam a Diocletiano, et Maximiano præpositum, delata, Vincéntius Casaragustæ comprehënditur, et victus ad Daciãnum Valentiam adducitur. Ubi verbëribus et equuleo tortus, multis presentibus, cum nulla aut tormentõrum vi, aut acerbitate, vel lenitate terreri posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositus, ac ferreis unguibus excarnificatus, candentibusque laminis exustus, iterum dicitur in carcerem stratum testaceis fragmentis, ut

ejus nudum corpus, somno oppressum, a subiectis etiam testarum aculeis torqueretur. **¶. Sancti tui Dómine.**

**Lectio v.** **V**ICINA inclusõ custodia, clarissimus splendor obortus totum carcerem illustravit: quæ lux cum summa admiratiõne omnes, qui aderant, affecisset, res a custõde carceris ad Daciãnum deferret. Qui eductum in molli culcitra collocat: et quem cruciatus in suam sententiã trahere non poterat, deliciis perducere conatur. Sed invidus Vincéntii animus, Jesu Christi fide speque munitus, vicit omnia: et ignis, ferri, tortõrum immanitate superata, victor ad celestem martyrii coronam advolvit, undecimo Kalendas Februarii. Cujus corpus, cum projectum esset in humeratum, corvus et a volteribus, et a lupo, unguibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Quæ re cognita, Daciãnus illud in altum mare demergi jubet: sed inde etiam divinitus ejectum ad litus, Christiani sepeliunt.

**¶. Verbera carnicum.**

**Lectio vi.** **A**NASTASIUS Persa; mōnachus, Heráclio Imperatõre, cum sanctam Ierosolymõrum terram

visitasset, ad Casarëam Palestinæ pro Christi religione vincula et verbera constanter perpessus est. Mox a Persis ob eandem causam variis cruciatibus affectus, a rege Chôsroa, una cum septuaginta aliis Christianis secuti percutitur. Cujus reliquiæ primum Ierosôlymam ad monasterium, in quo monasticam vitam professus erat, deinde Romam delatæ, collocatæ sunt in monasterio ad Aquas Salvas. *R.* Tamquam.

*In Iij. Nocturno Hom. in Evang. Cum audieritis prelia, de Comm. plur. Mart. xlvj.*

*Vesp. a Capit. de sequ. com. præc. et S. Emerentiane Virg. et mart.*

**DIE XXIII. JANUARI.**  
*In Festo S. Raymundi de Pennafort Confessoris. in Semiduplex.*

*Omnia de Communi Conf. non Pont. Ixix. præter sequentia.*

*In Hym. Iste Confessor, mutatur tertius. Versus. Oratio.*

**D**eus, qui beatum Raymundum penitentiam Sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti: concede, ut ejus intercessionem dignos penitentiam fructus facere, et ad æternæ salutis portum pervenire valeamus: Per Dôminum.

Deinde fit com. SS. Vincentii et Anastasii mart., *Añã.* Gaudet. *f.* Exullant. *Oratio.* Adesto. 485.

Postea S. Emerentiane virginis et mart., *Añã.* Veni sponsa. *f.* Spécia. *Oratio.*

**I**NDULGENTIAM nobis, quæsumus Dômine, beata Emerentiana, Virgo et Martyr implôret; que tibi grata semper extitit et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per Dôminum nostrum.

*In primo Nocturno Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**B**EATUS Raymundus Barcinonensis, ex nobili familia de Pennafort, Christianæ religionis rudimentis imbutus, adhuc parvulus eximia animi, et corporis indole magnum aliquid portendere visus est. Nam adolescens humaniores litteras in patria professus, Bononiæ se contulit, ubi pietatis officii, ac Pontificio, civilique juri sædulo incumbens, et doctoris laurea insignitus, ibidem sacros Canones magna cum hominum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum fama percrebrescente, Berengarius Barcinonensis Episcopus, cum Roma suam ad Ecclesiam rediret, eum conveniendi causa Bononiæ iter in-

stituit, et tandem summis præcibus, ut secum in patriam reverteretur, obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiæ Canonicatu, et præpositura ornatus, universo Clero et populo, integritate, modestia, doctrina, et morum suavitate præfulsit, ac Desparæ Virginis, quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem et cultum semper pro viribus auxit.

*R.* Honestum fecit.

*Lectio v.*

**A**NNUM circiter quintum supra quadragesimum agens, in Ordine Fratrum Prædicatorum solenni emissa professione, ut novus miles, in omni virtutum genere, sed præcipue in charitate erga egenos, et maxime captivos ab infidelibus detentos, se exerceat. Unde cum ejus hortatu sanctus Petrus Nolascus (cujus ipse confessiones audiverat) suas opes piissimo hujus operi conferret, tum eisdem, tum beato Raymundo, et Jacôbo primo Arragoniæ regi apparere beatissima Virgo, gratissimum sibi et unigenito Filio suo fore, dixit, si in suum honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus captivos ex infidelium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare collatis inter se consiliis, Ordinem beatæ Mariæ de

Mercêde Redemptiônis Captivorum fundaverunt: cui beatus Raymundus certas vivendi leges præscripsit ad ejusdem Ordinis vocatiônem accommodatissimas; quarum approbationem aliquot post annos à Gregorio nono impetravit, et dictum sanctum Petrum primum Generalem Ordinis magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit. *R.* Amavit.

*Lectio vj.*

**A**B eodem Gregorio Romanam accessit, et Capellani, ac Penitentiarum, et Confessarii sui munere decoratus, ejusdem jussu Romanorum Pontificum decretâ, in diversis Conciliis et Epistolis sparsa, in unum Decretalium volumen redigat. Archiepiscopatum Tarracônensium ab ipso Pontifice sibi oblatum constantissime recusavit, et totius Ordinis Prædicatorum generale Magistratum, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit. Jacôbo Arragoniæ regi sacra Inquisitionis officii suis in regnis instituenti auctor fuit. Multa patravit miracula, inter quæ illud clarissimum, quod ex insula Baleari majori Bareinonem reversurus, strato super aquas pãllo, centum sexaginta



milliaria sex horis confecerit, et suum conobium januis clausis fuerit ingressus. Tandem prope centenarius, virtutibus et meritis cumulat, obdormivit in Domino, anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, quem Clemens octavus in Sanctorum numerum retulit. *¶* Iste homo.

*In iij. Nocturno Homilia in Evang. Snt Iulii, ut in Comm. lxxviiij.*

*Pro S. Emerentiana, Lectio ix.*

**EMERENTIANA** virgo Romana, collectanea beatae Agnetis, adhuc catechumena, fide et charitate flagrans, furantes in Christianos idolorum cultores cum vehementius accusaret, a concitata multitudine lapidibus obruta est. Quae in cruciatibus orans ad sepulchrum sanctae Agnetis, proprio sanguine, quem pro Christo constanter effudit, baptizata, animam Deo reddidit. *Te Deum laudamus. 17.*

*In Laud. fit comm. S. Emerentiana, Añ. Simile. 9. Difusa. Oratio. Indulgentiam. 481.*

*Vespera a Capitulo de seq. com. praec.*

**DIE XXIV. JANUARI.**  
*In Festo sancti Timothei. Episcopi et Martyris. Semiduplex. Omnia de Comm. unius Martyris. xj. praeter seq.*

**Oratio.**

**INFIRMITATEM** nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus propriae actionis gravat, beati Timothei martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

*Pro commem. S. Raymundi. Añ. Hic vir. 9. Justum. Oratio. Deus, qui, ut 484.*

*In j. Nocturno Lectiones de Scriptura occurr. In secundo Nocturno.*

**Lectio iv.**

**TIMOTHEUS**, Lystris in Lycaonia natus ex patre Gentili et matre Judaea, Christianam colēbat religionem, cum in ea loca venit Paulus Apostolus. Qui fama commotus, quae de Timothei sanctitate percrebuerat, ipsum adhibuit socium suae peregrinationis: sed propter Judaeos, qui se ad Christum converterant, scientes Timothei patrem esse Gentilem, eum circumcidit. Cum igitur ambo Ephesum venissent, ibi ordinatus est Episcopus ab Apostolo, ut eam Ecclesiam gubernaret. *¶* Honestum fecit.

**Lectio v.**

**AN** quem Apostolus duas epistolas scripsit, alteram Laodicea, alteram Roma: quibus in pastoralis officii cura confirmatus, cum sacrificium

quod uni Deo debetur, fieri demonum simulacris ferre non posset, populum Ephesinum, Diana in ejus celebritate immolantem, ab illa impietate removere conatus; lapidibus obrutus est: ac pene mortuus, a Christianis ereptus, et in montem oppido vicinum delatus, nono Kalendas Februarii obdormivit in Domino.

*¶* Desiderium anime.  
*¶* Lectio vj. Sermo S. Augustiani. Triumphalis, de Comm. xxvj. cum 8. vj. *In vij. Nocturno Homilia in Evang. Si qui venit, de Communt. xxix. Vespera de seq., cum Comm. infra assignatis.*

**DIE XXV. JANUARI.**  
*In Conversione sancti Pauli Apostoli. Duplex majus. Ad Vesperas. Añ. et Capit. de Laud. Psalmi de Dñice, et loco ult. Ps. Laudate Dominum omnes Gentes. 436.*

**Hymnus.**

**EGREGI** Doctor Pauli mores instrue, Et nostra tecum peccora in caelum trahere. Velata dum meridiem cernat Fides, Et solis instar sola regnet Charitas. *¶* Sit Trinitati sempiterna gloria. Honor, potestas, atque jubilatio,

In unitate, quae gubernat omnia; Per universa aeternitatis saecula, Amen. *¶* Tu es vas electionis, sancte Pauli Apostole. *¶* Praedicator veritatis in universo mundo.

*Ad Magnificat. Añ. Vade Anania, et quaere Saulum: ecce enim orat: quia vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel.*

**Oratio.**

**DEUS**, qui universum mundum beati Pauli Apostoli praedicatione docuisti: da nobis quaesumus; ut qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

*Pro commem. S. Petri. Añ. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi traditae sunt claves regni caelorum. 9. Tu es Petrus. 8. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.*

**Oratio.**

**DEUS**, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni caelstis, ligandi atque solvendi pontificum tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

*¶* Deinde. S. Timothei. Añ. Qui vult. 9. Justus. Oratio. Infirmiorem. 486.

Ad Matutinum, Invitat.  
Laudemus Deum nostrum,  
\* In conversione Doctōris  
Gentium. Ps. Venite. 2.

Hymn. Egrégie Doctor,  
ut 487.

In primo Nocturno.  
Añā. Qui operatus est Petro  
in Apostolatum, operatus  
est et mihi inter Gentes:  
et cognoverunt gratiam,  
qua data est mihi a Christo  
Dōmine.

Psalmi de Comm. Apo-  
stolorum. iij.

Añā. Scio cui credidi et  
certus sum, quia potens  
est depositum meum ser-  
vare in illum diem, jus-  
tus judex.

Añā. Mihi vivere Christus  
est, et mori lucrum:  
gloriari me oportet in  
cruce Dōmini nostri Jesu  
Christi.

In omnem terram ex-  
vit sonus eorum. R. Et  
in fines orbis terrae verba  
eorum.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. Cap. 9.

Saulus adhuc spirans  
minarum et cædis in  
discipulos Dōmini, accessit  
ad principem Sacerdotum,  
et petiit ab eo epistolam  
in Damascum ad synagogas:  
ut si quos invenisset  
hujus viæ viros ac mulieres,  
vincitos perduceret in  
Jerusalem. Et cum iter  
faceret, contigit ut appropinquaret  
Damasco: et subito circumfudit  
eum lux de celo. Et

caedens in terram audivit  
vocem dicentem sibi: Saule,  
Saul, quid me persequeris?  
Qui dixit: Quis es Dōmine?  
Et illi: Ego sum Jesus, quem  
tu persequeris. Durum est  
tibi contra stimulum calcitrare.

R. Qui operatus est Petro  
in Apostolatum, operatus  
est et mihi inter Gentes:  
Et cognoverunt gratiam Dei,  
qua data est mihi.  
V. Gratia Dei in me vacua  
non fuit, sed gratia ejus  
semper in me manet. Et.

Lectio ij.

Et tremens ac stupens  
dixit: Dōmine, quid me  
vis facere? Et Dōminus  
ad eum: Surge, et ingre-  
dere civitatem, et ibi dicetur  
tibi quid te oportet  
facere. Viri autem illi  
qui comitabantur cum eo,  
stabant stupefacti, audientes  
quidem vocem, nōminem  
autem videntes. Surrexit  
autem Saulus de terra,  
aperfisque oculis nihil  
videbat. Ad manus  
autem illum trahentes,  
introduxerunt Damascum.  
Et erat ibi tribus diebus  
non videns, et non manduca-  
vit, neque bibit.

R. Bonum certamen certavi,  
cursum consummavi,  
fidem servavi: Ideoque  
reposita est mihi corona  
justitiæ. V. Scio cui credidi,  
et certus sum, quia  
potens est depositum meum  
servare in illum diem. Ideoque.

Lectio iij.

ERAT autem quidam discipulus  
Damasci, nōmine Ananias:  
et dixit ad illum in visu Dōminus:  
Anania. At ille ait: Ecce ego,  
Dōmine. Et Dōminus ad eum:  
Surge, et vade in vicum,  
qui vocatur Rectus: et quare  
in domo Judæ Saulum nōmine  
Tarsensem: ecce enim orat.  
(Et vidit virum Ananiam  
nōmine, introeuntem, et  
imponentem sibi manus,  
ut visum recipiat.) Res-  
pondit autem Ananias:  
Dōmine, audivi a multis  
de viro hoc, quanta mala  
fecerit sanctis tuis in  
Jerusalem: et hic habet  
potestatem a principibus  
sacerdotum alligandi omnes  
qui invocant nomen tuum.  
Dixit autem ad eum Dō-  
minus: Vade, quoniam  
vas electionis est mihi  
iste, ut portet nomen  
meum coram Gentibus,  
et regibus, et filiis Israel.  
Ego enim ostendam illi  
quanta oporteat eum pro  
nōmine meo pati.

R. Reposita est mihi corona  
justitiæ: Quam reddet  
mihi Dōminus in illum  
diem, justus judex.  
V. Scio cui credidi, et  
certus sum, quia potens  
est depositum meum servare  
in illum diem. Quam  
Gloria Patri. Quam.

In secundo Nocturno.

Añā. Tu es vas electionis,  
sancte Paule Apōstole,

prædicator veritatis in  
universo mundo.

Añā. Magnus sanctus Paulus  
vas electionis, vere  
digne est glorificandus,  
qui et meruit thronum  
duodecim possidere.  
Añā. Bonum certamen  
certavi, cursum consum-  
mavi, fidem servavi.

V. Constitues eos prin-  
cipes super omnem terram.  
R. Mētores erunt  
nōminis tui Dōmine.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Lectio iv.

Serm. 44. de Sanctis.  
HOMINIS de Actibus Apo-  
stolorum lectio hæc  
pronuntiata est, ubi Paulus  
Apōstolus ex persecutore  
Christianorum, annuntiator  
factus est Christi. Prostravit enim  
Christus persecutorem, ut  
faceret Ecclesiæ Doctore:  
percutiens eum, et sanans,  
occidens, et vivificans:  
occisus agnus a lupis, et  
faciens agnos de lupis.  
Ita enim in præclara Prophe-  
tia, cum Jacob Patriarcha  
benediceret filiis suis  
(presentes tangens, futura  
prospiciens), prædicit  
de tribu Benjamin. Cum  
autem Jacob benedicens  
filios suos, venisset ad  
benedicendum Benjamin,  
ait de illo: Benjamin lupus  
rapax.

¶ Tu es vas electionis, sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis in universo mundo; \* Per quem omnes Gentes cognoverunt grátiam Dei. Intercede pro nobis ad Deum; qui te elegit. Per.

*Lectio vi.*

**Q**uoniam ergo? lupus rapax semper? Absit; sed qui mane rapit prædam, ad vespèram dividit escas. Hoc in Apóstolo Paulo implètum est, quia et de illo dictum erat. Jam, si placeat, audiamus illum mane rapientem, ad vespèram escas dividentem. Mane et vespere posita sunt pro eo; ac si dicerentur, prius et postea. Si ergo accipiamus: Prius rapit, postea dividit. Attendite raporem: Saulus, inquit, accèptis epistolis a principibus sacerdotum, ibat, ut ubicumque inveniret Christianos, ad sacerdotes attraheret, et adduceret, utique puniendos.

¶ Grátia Dei sum id quod sum: \* Et grátia ejus in me vacua non fuit, sed semper in me manet. Qui operatus est Petro in Apostolatam, operatus est et mihi inter Gentes. Et grátia.

*Lectio vii.*

¶ In spirans, et anhélans cædes; hoc est, mane rapiens. Nam et quando lapidatus est Stephanus

primus mártir pro nómine Christi, evidéntius aderat et Saulus, et sic aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Utinam esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat; magis sapiens omnes adjuvando, quam suis manibus lapidando. Audivimus, mane rapit; videamus ad vespèram qualiter dividat escas. Voce Christi prostratus de cælo, et accipiens de super interdictum jam sapiendi, cecidit in faciem suam, prius prosternendus, postea erigendus: prius percutiendus, postea sanandus.

¶ Saulus, qui et Paulus, magnus prædicátor, a Deo confortatus convalescebat; et confundebat Judæos. Ostendens quia hic est Christus Filius Dei. A Deo. Glória Patri. A Deo.

*In tertio Nocturno.*

¶ Saulus, qui et Paulus, magnus prædicátor, a Deo confortatus convalescebat, et confundebat Judæos.

¶ Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizat: propter quod ter Dominum rogavi, ut auferretur a me; et dixit mihi Dominus: Sufficit tibi, Paule, grátia mea.

¶ Reposita est mihi coróna justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex.

¶ Nimis honorati sunt amici tui, Deus. Nimis confortatus est principatus eorum.

¶ Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vii. Cap. 19. d.*

¶ In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

¶ Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

*Homilia in natali S.*

*Benedicti.*

¶ Perfectus ille est, qui abiens vendit omnia quæ habet, et dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim thesaurum non deficientem in cælis. Unde bene interrogante Petro, dixit talibus Jesus: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus

nómine laborantes, in alia præmium sperare docuit: id est, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

¶ Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis, et Doctor Gentium, Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit, ut digni efficiamur grátia Dei. Tu es vas electionis, sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis. Intercede.

*Lectio viii.*

¶ In justa proors retributio, ut qui hic pro Christo humanam gloriam celsitudinis neglexerunt, illic a Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui a sequendis ejus vestigiis nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putat, duodecim tantum Apóstolos, quia pro Juda prævaricante Matthias electus est, tunc esse iudicáturos: sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israel iudicandæ: alioquin tribus Levi, quæ tertiadecima est, injudicata recedat.

¶ Damasci, præpositus gentis Aræte regis voluit me comprehendere: \* Et a fratribus per murum demissus sum in sporta. Et sic evasi manus ejus in nómine Domini. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi scit quia non mentior. Et a fratribus. Glória Patri. Et a.

*Lectio ix.*

¶ Petrus Paulus, qui tertius decimus est Apóstolus, iudicandi sorte privabitur, cum ipse dicat: Nescitis

quóniam ángelos iudicá-  
bimus, quanto magis sæ-  
cularia ? Sciéndum nam-  
que est, omnes, qui ad  
exémplum Apostolorum  
sua reliquerunt ómnia,  
et secuti sunt Christum,  
iudices cum eo venturos,  
sicut etiam omne mortá-  
lium genus esse iudicán-  
dum. Quia enim duode-  
nario sæpe número solet  
in Scripturis universitas  
designari, per duodecim  
sedes Apostolorum ómnium  
numeróitas iudicántium:  
et per duodecim tribus  
Israel universitas eorum,  
qui iudicandi sunt, ostén-  
ditur. *T. e Deum. 17.*

**AD LAUDES,**  
et per Horas, *Añã.*

1. Ego plantavi, Apóllò  
rigávit, Deus autem ín-  
cremémentum dedit, alleluia.  
*Psalm. Dóminus regnavit,  
cum reliquis. 48.*
2. Libenter gloriabor in  
infirmítatibus meis, ut  
inhabitet in me virtus  
Christi.
3. Grátia Dei in me vácu-  
a non fuit, sed grátia ejus  
semper in me manet.
4. Damásci, præpósitus  
gentis Aræte regis voluit  
me comprehendere: a  
fratribus per murum de-  
missus sum in spor-  
ta, et sic evási manus  
ejus in nómine Dómini.
5. Ter virgis cæsus sum,  
semel lapidátus sum, ter  
naufrágium pèrtuli pro  
Christi nómine.

**Capitulum. Act. 9.**

**S**AULUS adhuc spirans  
minarum et cædis in  
discipulos Dómini, accessit  
ad principem Sacerdó-  
tum, et pètit ab eo epi-  
stolas ad principem Damá-  
scum, ut si quos invenisset  
hujus via viros ac mulieres,  
vinctos perduceret in Jerúsalem.

*Hymnus. Exiit orbis,  
de Communi. xij.*

9. Tu es vas electionis,  
sancte Paule Apóstole. *R.*  
Prædicátor veritatis in  
universo mundo.

**Ad Benedictus, Añã.**  
Vos, qui secuti estis me,  
sedebitis super sedes, iu-  
dicantes duodecim tribus  
Israel, dicit Dóminus.

**Oratio.**

**D**eus, qui universum  
mundum beati Pauli  
Apóstoli prædicatione do-  
cuisti: da nobis quæsu-  
mus; ut qui ejus hodie  
Conversionem colimus,  
per ejus ad te exempla  
gratiámur. Per Dónum.

*Et fit com. S. Petri, ut  
supra in j. Vesp. 487.*

**Ad Tertiam, Añã.**  
Libenter gloriabor.

**Capit. Saulus, supra.**

*R. br.* In omnem terram,  
exiit sonus eorum. In.

9. Et in fines orbis terræ  
verba eorum. Exiit. Gló-  
ria Patri. In. 7. Consti-  
tutes eos principes super  
omnem terram. *R.* Mémo-  
res erunt nóminis tui,  
Dómine.

**Ad Sextam, Añã.**  
Grátia Dei.

**Capitulum. Act. 9. b.**  
**S**URREXIT autem Saulus  
de terra, apertisque  
oculis nihil videbat. Ad  
manus autem illum tra-  
hentes, introduxerunt Da-  
máscum. Et erat ibi tri-  
bus diebus non videns,  
et non manducavit neque  
bibit.

*R. br.* Constitues eos  
principes. \* Super omnem  
terram. Constitues. 7. Mé-  
mores erunt nóminis tui  
Dómine. Super. Glória Pa-  
tri. Constitues. 7. Nimis  
honorati sunt amici tui  
Deus. *R.* Nimis confortá-  
tus est principátus eorum.

**Ad Nonam, Añã.**  
Ter virgis cæsus sum.

**Capitulum. Act. 9.**

**S**AULUS autem multo  
magis convalescebat,  
et confundebat Judæos,  
qui habitabant Damásci,  
affirmans quóniam hic est  
Christus.

*R. br.* Nimis honorati  
sunt, \* Amici tui, Deus.  
Nimis. 7. Nimis confortá-  
tus est principátus eorum.  
Amici. Glória Patri. Nimis.  
7. Annuntiaverunt ópera  
Dei. *R.* Et facta ejus in-  
tellexerunt.

**Ad Vesperas, Añã de**

**Laud. Psalmi de Communi**

**Apostolorum. xiv.**  
**Capitulum. Hymn. et 7.**  
ut supra in Laudibus.

**Ad Magnificat, Añã.**  
Sancte Paule Apóstole,

prædicátor veritatis, et  
Doctor gentium, inter-  
cede pro nobis ad Deum,  
qui te elegit.

*Com. S. Petri, ut 487.*

**Et S. Polycarpi, ut infra.**

**DIE XXVI. JANUARI.**  
**In Festo sancti Polycarpi**

**Episcopi et Martyris.**  
**Semiduplex.**

**Añã. Iste. 7. Glória.**

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Po-  
lycarpi mártiris atque  
Pontificis annua solemnitate  
lætificas: concede  
propitius; ut, cujus na-  
talia colimus, de ejus-  
dem etiam protectione  
gaudeamus. Per Dñum.

*In j. Nocturno Lect. de*

*Script. occur.*

*In secundò Nocturno.*

*Ex libro sancti Hierónymi*

*Presbyteri de Scriptóri-  
bus Ecclesiasticis.*

**Lectio iv.**

**P**OLYCARPUS, Joánnis  
Apóstoli discipulus, et  
ab eo Smyrnæ Episcopus  
ordinatus, totius Asiæ  
princeps fuit: quippe qui  
nonnullos Apostolorum,  
et eorum, qui viderant  
Dónum, magistros ha-  
buerit, et viderit. Hic  
propter quasdam super  
die Pasche quæstiones,  
sub Imperatore Antonino  
Pio, Ecclesiam in Urbe  
regente Nicéio, Romam  
venit: ubi plurimos creden-  
tem, Marcionis et Val-  
entini persuasione decé-  
ptos, reddiit ad fidem.

Cumque ei fortuito óbvía fuisset Márcion, et diceret: Cognóscis nos? respondit: Cognóscó primogénitum diaboli. Póstea vero, regnante Marco Antonio et Lúcio Aurélio Cómodo, quarta post Nerónem persecutióne, Smyrnæ sedente Procónsule, et univérso pópulo in amphitheatro adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippénses valde útilem epístolam, qua usque hódie in Asiæ conventu légitur. *g. Honéstum.*

**Lectio v. De Expositione S. Ambrosii.** Príncipes persecúti sunt. **Lectio vj. Vere frustra, de Comm. ij. loco, xxxij. cum *aa. v. et vj.***

**In tertio Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

**Lectio vij. Cap. 10. c.**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur: et occultum, quod non occiditur. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

**Com. in Matth. can. 10.**

**D**OMINUS diem iudicii ostendit, quæ abstractam voluntatis nostræ conscientiam prodeget; et ea quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ deteget. Igitur non minas, non consilia,

non potestates insectantium monet esse metuentes: quia dies iudicii nulla hæc fuisse, atque inania revelabit. Et quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, prædicare super tecta. Non legimus Dominum solum fuisse noctibus sermocinari, et doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebra sunt, et verbum ejus infidelibus non est.

*g.* Coróna aurea super caput ejus. *†* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. *†* Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretiosio, Expressa.

**Lectio vij.**

**I**TAQUE id quod a se dictum est, cum libertate fidei et confessionis vult esse loquendum. Idcirco quæ in tenebris dicta sunt, prædicari jussit in lumine: ut quæ secreto aurium commissa sunt, super tecta, id est, excelsio loquentium præconio audiantur. Constantem enim Dei ingerenda cognitio est, et profundum doctrinæ Evangelicæ secretum in lumine prædicationis Apostolicæ revelandum: non timentes eos, quibus cum sit licentia in corpore, tamen in animam jus

nullum est: sed timentes potius Deum, cui pendenda in gehenna et animæ, et corporis sit potestas.

*g.* Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: Qui minas iudicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quesivit, sed ad cælestia regna pervenit. *†* Justum dedidit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

**Lectio ix.**

**N**OLIT timere eos qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimens carnem admittendus est dolor: quando pro nativitate atque

originis conditione resoluta, in substantiam spiritalis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem, qua teneremur, adjecit: negaturum se eum Patri in cælis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro, qui confessus coram hominibus se fuisset, a se in cælis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuissimus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usuros. Te Deum. 47.

Vesperis de Festo S. Joannis Chrysostomi, cum com. S. Polycarpi.

**DIE XXVII. JANUARIJ.**

In Festo S. Joannis Chrysostomi Episc. et Conf. Duplex.

Omnia de Communi Confess. Pont. Ij. præter sequentia.

In Hymn. Iste Confessor, mutatur tertius Versus.

In utrisque Vesperis ad Magnificat. Añ. O Doctor optime, Ecclesie sanctæ lumen, beate Joannes Chrysostome, divinis legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam, quæsumus Domine, gratia cælestis amplifiet: quam beati Joannis Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis et doctrinis. Per Dñm.

Pro com. S. Polycarpi.

Añ. Qui vult. *†* Justus. Oratio. Deus, qui nos, ut

495.

In j. Nocturno Lect. de Script. occur.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**J**OANNES Antiochenus, propter aurum eloquentiæ flumen cognominatus Joannestomus, a forensibus et secularibus studiis ad divinas litteras summa cum ingenii et industriæ laude se contulit. Itaque sacris initiatus, ac

Présbyter Antiochénae Ecclesiae factus, mortuo Nectario, Arcadii Imperatoris opera invitatus Constantinopolitanae Ecclesiae praeficitur. Quo suscepto pastorali munere, depravatos mores, et nobiliorum hominum vivendi licentiam vehementius oburgare cepit. Quae ex libertate magnam multorum subit invidiam. Apud Eudoxiam etiam, quod eam propter Callitropa viduam peccantem, et alterius viduam agrum reprehendisset, graviter offendit.

¶ Inveni David.

**Lectio v.**

**Q**UARE aliquot Episcoporum acto Chalcedone conventu, quo ipse vocatus ire noluit, quod nec legitimum concilium, nec publicum esse diceret, nitente in primis ipsa contra Chrysostomum Eudoxia, eiecit in exilium: sed paulo post propter eius desiderium seditione populi facta admirabili civitatis plausu ab exilio revocatur. Verum cum perditos mores increpare non desisteret, et ad argenteam Eudoxia statuum in foro sanctae Sophiae ludos fieri prohiberet, conspiratione inimicorum Episcoporum iterum exulare cogitur, viduis et egenibus omnibus communis parentis ejectionem lugentibus. In

exilio Chrysostomus incredibile est et quanta mala perpessus sit, et quam multos ad Jesu Christi fidem converterit. a. Pósiu adjutórium.

**Lectio vi.**

**V**ERUM, dum Concilio Romae habito, decreto Innocentii Primi Pontificis restituitur, a militibus qui eum custodiebant, miris in itinere malis et calamitatibus afficitur. Cumque per Armeniam duceretur, sanctus Basiliscus martyr, in cujus templo antea oraverat, noctu sic eum affatus est: Joannes frater, crastinus dies nos loco conjunget. Quare postridie sumpto Eucharistiae Sacramento, sequere crucis signo muniens, animam Deo reddidit, decimo octavo Kalendas Octobris. Quo mortuo, horribilis grando Constantinopoli cecidit, et quatrinduo Augusta cessit e vita. Ejus corpus insigni pompa et hominum multitudine celebratum, Theodosius Arcadii filius Constantinopolim portandum, et honorifice sepehendum curavit, sexto Kalendas Februarii: cujus etiam reliquias veneratas, parentum suorum veniam petiit: quod deinde Romam translatum, in Basilica Vaticana conditum est. Multitudinem, pietatem, ac splendorem con-

cionum ceterorumque ejus scriptorum, interpretandi etiam rationem, et inhaerentem sententiam sacrorum librorum explanationem, omnes admirantur: dignumque existimant, cui Paulus Apostolus, quem ille mirifice coluit, scribenti et praedicanti multa dictasse videatur.

¶ Iste est qui ante.

**In tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.**

**Lectio vij. Cap. 5. b.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

**Homilia sancti Joannis Chrysostomi.**

**Homilia 15. in Matth. sub mediam.**

**A**TTENDITE quid dixerit. Vos estis sal terrae, per quod ostendit, quam necessario ista praecipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut multoties Prophetas: sed ad omnem terram, prorsus ac mare, totumque mundum, et hunc variis criminibus oppressum.

¶ Amavit eum Dominus, et ornavit eum, stolam glorie induit eum. Et

ad portas paradisi coronavit eum. Induit eum Dominus loriam fidei, et ornavit eum. Et.

**Lectio viij.**

**D**icabo enim: Vos estis sal terrae, ostendit universam hominum infatutam esse naturam, et peccatorum vi corruptam: et idcirco illas ab eis virtutes requirit, quae maxime ad multorum salutem procurandam necessariae sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est ac modestus, et misericors, et justus, et non intra se tantummodo haec recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem praeclosos hos facit effluere fontes. Igitur qui corde mundo est atque pacificus, et persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in communi commodum vitam instituit.

¶ In medio Ecclesiae aperuit os ejus. Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus. Jucunditatem et exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit gloria Patri. Et.

**Lectio ix.**

**N**e sicut putetis, inquit, ad leviam vos ducentes esse certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem. Vos estis sal terrae. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sunt? Nequa-